Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et quis est mis proximus. Inspiciens aut ihe
dixit. Homo quidam descendebat ab hierlm
in iericho. et incidit in latrones. Qui etiam
despoliauerunt eum. et plagis impositis abi
erunt semiuiuo relicto. Accidit autem ut sac
dos quidam descenderet eadem uia. et uiso il
lo pterriuit. Similiter et leuita cum esset secus
locum et uideret eum. pterransiuit. Samarita
nus autem quidam iter faciens uenit secus eum. et
uidens eum misericordia motus est. Et appropians alli
gauit uulnera eius. infundens oleum et uinum.
Et imponens illum in iumentum suum. duxit in
stabulum et curam eius egit. Et altera die protulit duos
denarios. et dedit stabulario et ait. Curam illius
habe. et quodcumque superogaueris. ego cum
reuero reddam tibi. Quis horum uidetur tibi
proximus fuisse illi qui incidit in latrones. At
ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi
ihe. Vade et tu fac similiter. Dom. xviii.
Fratres. Spiritu ambulate. ad galath.
et desideria carnis non perficietis. Caro